



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sermo de Triplici iusticia R. Patris Martini Luther  
Augustiniani Vuittenbergensis**

**Luther, Martin**

**Lipsiæ, 1519**

**VD16 L 6023**

Primvm est criminale ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33360**

SERMO DE TRIPLO IUSTICIA R.  
PATRIS MARTINI LUTHER  
AVGVSTINIANI  
VVITTENBERG  
GENSIS.

Triplex est peccatum, cui triplices opponitur Iustitia, Teutonice fromkeyt.

PRIMVM est criminale, i.e. manifeste malum, quod etiam post testas saecularis punit, ut furtum, homicidium, incendium, sacrilegium &c. Quorum aliqua gladio, igne, aqua, furca, rota plectit, ut in iure Ciuitatis. Aliqua poenitentia Canonica, ut simplices mortificationes, & alia quaedam, ut in iure Canonico.

Iusticia huic contraria, est illa species iusticie quae simias Solomonis, pauperes & siccotoros facit. Qua sit ut coram hominibus bonus vir sit, et accusari non possit, euadatque penas legis, cōsequaturque promissa ipsa legis Ro. x. Moses scripsit quod iustitia, quae est ex lege, si homo fecerit, vivet in ea. Et Esaias. Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis. Talis fuit Naaman Syrus vir magnus apud dominum suū, per quem dominus dabant salutem Syriae iiiij. Reg. v. Tales multi reges Israel & populus Israel, quibus dominus dedit bona ipsalia & victorias multas, licet essent iuxta Idolatres tales Samaritani, a quibus abstulit dominus leones, cum tamen idola colerent, & dominum deum simul. Tales Romani iuxta B. Augustinū lib. ciuii. quibus dominus dedit imperium amplissimum. Sic solet & principes ditare. Tales usque hodie sunt omnes qui ponunt propter pestem, famam, bellum, aliaque flagella dei, qui tunc orant, qui processiones faciunt, vota sanctis vovunt. Hic cultores sanctorū, & sacerdotes, propter presentiam seruientes, & religiosi similiter, & qui talia similia multa faciunt. Et breuiter haec est iusticia, quae recipit hic mercedem suā, & in futuro misericordia quidem punitur quod criminosi. Secundo non deo, sed sibi seruit, nec est filiorum, sed seruorum iusticia, nec Christianorum proprie, sed iudeorum & gentilium, nec Christiani ad eā sunt exhortandi, quia procedit ex timore poenae, vel amore commodi sui, non amore dei.

Tertio facit hypocritas, superbos mente cordis sui, temerarios iudices aliorū, ut pater in phariseo illo, & Simone leproso. Quarto, hanc Aplus Gal. iij maledictam afferit, qui ex opibus

A ij

egis sunt. sub maledicto sunt. Ideoq; Christiani, qui æternis bonis sunt ditandi, nō sunt exhortandi ad illam, sed dehortādi potius ad meliorem. Vnde non est gaudendum in his, sicut Principes Saxonie deus, gloria, diuicijs, voluptate ditat, quia religiosi sunt. Et si hæc non sint satis, nascetur adhuc vnuis mons argenti, et pax seruabitur, ipsi viderint an bene id eis cedat, ne sint mercenarij. Sunt enim hæc præmia vilissime huius, & maledictæ iusticie. Pertinens ad benedictionem Esahu & filiorū eius. Hi sunt factatores liberi arbitrii Themenitarum. Sic deus munera etiā mala, quia sicut in oculis hominū bona sūt, ita & in oculis hominum recipiunt bona.

**A**LTERVM est peccatum essentiale, natale, originale, alienum de quo psal. I. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. De quo Christus. Non potest arbor mala fructus bonos facere. Et Ro. v. per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, & per vnius delictum in oīs hoīs in condemnationē. Et hoc est peccatum quod facit priorem iusticiam esse nihil & malam, & maledictam, sicut Christus ait. Aut facite arbore bonam, et fructus bonos, aut arborem malam, & fructus eius malos. Secundo id peccatum est incurabile viribus hominis, nec aliquid hic valet lib, arbitrium, ita vt & sancti dicant. Quod nolo malum hoc facio. Et Gal. v. Non quæ vultis facitis. ps. xxxvij. Qm̄ lūbi mei ipleti sunt illusionib⁹ & c.

**T**ertio, id est quod omnes sentimus in concupiscendo, irascedo, praesertim obiectis praesentibus, vt dicit dominus de oculo nequā & c. Ideo dixi essentiale, quia per natuitatem contrahim⁹ et manet semper, nec aliquādo transit sicut actuale, sicut fons, venenū, aut aqua salis naturaliter salsa est, sicut corpus leprosum naturaliter est tale, & corpus coecū similiter, nō hic cū logicis ago

**I**usticia huic contraria similiter est natalis, essentialis, originalis aliena, quae est iusticia Christi Ioan. iij. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu. Item Ioan. i. Quotquot eum receperunt dedit eis potestatem filios dei fieri. Et. i Ioan. iij. Qui natus est ex deo non peccat, i. non est peccator sed generatio dei conseruat eū Ro. v. Per vnius hominis iusticiam in omnes homīs in iustis